
Martin Plecius:

Epithalamion nuptiis

Pauli Sperlingii

1592.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

46,-104-4°
(LN bis 392)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

EPITHALAMION

Nuptiis

M. PAVLI SPER-LINGII RECTORIS SCHO-LAE HAMBVRGENSIS

ſcriptum

A

M. MARTINO PLECIO
Scholæ Haterſlebienſis Rectore
Fideliſs.



HAMBVRGI
Typis Henrici Binderi,
Anno 1592. *D. Menſis Auguſt.*20.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

Clariſſimo & Doctiſſimo viro

M. PAVLO SPER-LINGIO S. P. D.

M. Martinus Plecius.

PAVLE DEI verbū, qui ſancto numine ductus
Conſequeris, rectumq́; putas cordisq́; pudorem
Hactenus oſtenſum, thalami ſignabis honore:
Aſpice quos verſus tibi noſtra Thalia paravit,
Pulveribus conſperſa Scholæ: meliora miniſtrent
Quos liquor Aonius rigat, & Phœbea poteſtas
Ditat, & in verſu Charites ros vividus ungit;
Me mea nunc macies terit, & ferit undiq; ſqualor,
Quem fugiens, agmen Muſarum lætior urges.

BIBLIOTHECA REGIA B.R. HAFNIENSIS

IN NV

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

In Nuptias

M.PAVLI SPERLINGII.

NUper in Aonios hortos feſtivus & audax
PAVlus ovante manu veniens vernan-
tibus herbis (tis
Inter aves varias, occulta indagine men-
Cenſebat ſpecies reſonantes carmine multo,
Atq; ſibi numeros proprios optabat in uſus.
Solus erat, nec ſolus erat per numina Phœbi
Muſarumq; Chorum nectentem flore corollas,
Ingenio lectas SPERLINGI, ſi modo lectum
Quẽ DEVS ornaret, vel viſam carperet ANſam.
Hinc datur arbitrium MVSis, mens conſtat &
Concentus volucrũ litem facit: undiq; ſylvæ (optat,
Gutture flexiloquo cantant, diſcrimina vocum,
Ingenuum capiunt animum mulcentq; ſequacem.
Eſt DEVS in magnis ſapiens parvisq; ferendus,
Non parvus SPERlingus ait: ſunt Numina ſylvis
Atq; avibus placidis ſuper aſtra ferrentibus artem
Immenſam artificis: placet hæc, placet illa, volentẽ
Afficiunt cumulata cohors: certamen in ILLA eſt
Certant vox, pennæ, mulcẽt quoq; lumina, ſplendens
Atq; color dulci variatus tegmine criſtæ
Cum roſtris, aliisq; oculos ſtringentibus ipſis.
Naturæ miratur opus, ſtimulatq; volucrum
Turba ſonora animum, vim viribus addit et infert:
Allicit atq; magis cum ſit ſibi præda parata.

 In pre

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

In precio eſt Turtur lachrymans: ſunt laude pudoris
Inſignes, fœtuq; graves ſine lite Columbæ:
Dulce melos Philomela canit, variatq; tenorem
Flexibus arcanis & palmam præripit omnem:
Pſittacus humanas conatur reddere voces:
Altius extendit ſonitum cœleſtis Alauda:
Picta canit varium ſub dumis carmen Achantis.
Garrula ſub tectis queritur modulamine Hirundo:
Solaq; ſervatur celeri vivitq; volatu.
Cacabat & Perdix, clangunt aquilæq; volantes,
Pica loquax, Turdus docilis, fringilla ſonoris
Vocibus exultant, longoq; Ciconia roſtro
Hoſpes amica crepat, Glottis quoq; de grege magno
Alituum, & Cygnus cum multis carmina pangit.
Has avium voces SPERLINgus ſedulus audit
In patriis ſylviſq; aliis & ſaltibus amplis:
Itq; reditq; viam, loca luſtrat conſita ramis:
Ingenio gnavus, longinquas viſitat oras,
Obſervat ſervatq; diu, quæ cantibus hauſit,
Ocia docta terit, recreat cantando labores,
Atq; levat curas, nunc hîc nunc conſpicit illic
Conſimiles volucres, vocum ſocioſq; lepores
Accipit acceptoſq; refert, narratq;, docetq;
Ingeminans fatum, quod mæſti cordis amorem
Hactenus eluſit: cum retia pendula fauſtum
Aucupium in multis ſponderent. Ecce vaganti
In dumis ſylviſq; diu: DEVS Ecce paravit
Egregiam volucrem volucri, quæ ſubdita collo

Accipe

Acciperet data fata, rata arma, bonumq́ vigorem
Corporis atq́ animi, pignusq́ fidele volucrum.
Namq́ oritur rumor pedicas tenuiſſe, quod auceps
Vellet, & in caſſes prædam cecidiſſe vocatam.
Accelerant Muſæ, Phœbus, Charitesq́ benignæ
Conſilio admiſſo concludunt nobile fædus: (ardor:
PASSER amator erit GRuis, & GRus PAſſeris
Nam Venus in roſtris bene voces junget amicas.
Non opus eſt iterare vias, nemus omne notare:
Ante fores ſors eſt, ſine vi, ſine cæde locata.
Paſſer amat ſociam, vacuo non gaudia nido
Concipit, & ſolus non metra domeſtica tractat,
Diſſonat inſulſus cantus cum comparis expers.
Paſcitur, atq́ genus malé frigida tecta propagant.
Impatiens ſudoris erit, qui ſolus in armis
Militat, & vigiles ſine ſomno ducere noctes
Cogitur, & paſtum quem dat natura negare.
PASSERIS eſt cuſtos cœlorum conditor almus,
Hujus amat mores: in parvis magna voluptas.
Ergo malis medicina venit poſt longa viarum
Tædia: GRVS ſapiens doctis celebrata libellis,
Ingenio vigilante, vices quoq́ ſuſtinet omnes,
Ordinis eſt ſtudioſa, petit ſublimia, neſcit
Sordida, nec partes commiſſas negligit unquam,
Temporis haud ignara, locum quem concipit, ornat:
Omnia ſolertem demonſtrant, omnia mentem
Infuſam memorant divini Numinis arte.
PASSERIS hæc MVSIS cupidis bené convenit
ales.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

Hæc faciet, feciſſe negat quæ turba volucrum
Relliqua: Nam votis & fatis copula firma eſt.
PAVLVS SPER Lingus ſtudioſè paſcet amicam:
Artibus atq; GRVEM lepidam mulcebit honeſtis:
Illa piis ſtudiis tandem quoq; conGRVet ANNA:
Annis quæ matura ſuis & viribus æquis,
Cordis chorda benigna, decus, vitæq; levamen,
Et vox, & votum, lux, pax, fax, vita, voluptas.
Anne bono cælo PASSER GRVS, PAVLus &
ANNA
ConGRVa tecta petunt, quæ cæli ſydera, Muſæ
Cum Phœbo & Charites, ſic læta ſorte ſecundant?
ANNA veni de monte GRVIS GRVS, PAV-
LVS amator (venito.
PASSER iu amplexus veniet: GRVS ANNA
Te ſolam ſolus SPERat nec murmura LINGuæ
Inter aves animoſior auceps fervida curat.
Vrat amor melior, ſi quos fortuna beabit:
Sufficit hæc concors ncbis concordia votis
Et fatis, quorum ſuperat divina poteſtas.
Felix aucupium pullos cum fænore reddet
Egregios ſponſis. Nam nomen & omen amores
Exhilarant, gentemq; novam pia pignora cantus
Excludent, ut & auguriis benè cæpta celebrat
Lux AVGuſta, quibus Schola tota reponere plauſus
Gaudet, & his mecum precibus ſubſcribit amicis:
Conjunctas volucres DEVS ô DEVS eſſe beatas
Fœcundasq; bonis avibus fac, nomine, factis,

Eximias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

Eximias, pullis, pennis, poſt ſpicula mortis
Longævas: tunc tota cohors benè conGRVa laudum
Cantabit reſonante tibi præconia voce.

M. Martinus Plecius S. H. R. F.

ALIVD.

PAVLE, Novenarũ decus immortale ſororũ
Legitimi lecti dum ſacra vincla ſubis:
Dent alii pateras, auro gemmisq́ superbas:
Quorum Cræſeas ciſta reſervat opes.
Carmina dant Muſæ tibi, Muſæ ſuſcipe vultu
Atq́ manu facili, quæ tibi dona ferunt:
Dona quibus cæli ſe gloria tollet in aſtra
Et tua laus, Solis tanget utramq́ domum.
Conjugium bona res. namq́ hujus fautor & autor
Eſt DEVS: Hic caſtum mandat inire torum.
Mandat inire torum: ne ſeſe polluat atris
Rebus homo, & Veneris furta nefanda colat.
Nobilis hic ordo eſt, nec eo præſtantius ullum
Tergemini mundo Numinis extat opus.
Eſt Schola Conjugium meritò vitæq́ palæſtra
Hic ubi virtutum ſancta trophæa vigent.
Nam pietas, candor, bonitas, patientia, cultus
Integritas, illic militat atq́ fides.
Hinc ſata progenies perfundit rore parentes
Svavis lætitiæ, triſticiamq́ fugat.
Exornatq́ domum totam, ceu ritè racemum
Botrorum viridem veſtit amœna ſeges.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

Ergo quater felix du êris, terq́ beatus
PAULE, oculus Charitum, Pieridumq́ decus
Caſta tuo lateri dum coſta annectitur, atq́
Optima fit domui temo virago tuæ.
Sponſe fove ſponſam: ſponſum complectere ſponſa:
Nam nihil in mundo pulcrius eſſe poteſt:
Unanimes quam ſi traducant tempora vitæ.
Et vera perſtent in pietate DEI.
Chriſte DEI ſoboles, ſponſis Paranymphus adeſto:
Amborum & fato provehe vota tuo.
Pelle procul lites, niveo Concordia peplo
Obſideat veſtræ tecta laremq́ domus.
Pelle procul Parcas: ne tecta volatibus atris
Accelerent, longùm Parca recede gravis:
Pelle procul diros Satanæ mundiq́ furores:
Sit procul hinc livor: mutuus adſit amor.
Ætatemq́ illis concede vireſcere, tandem
Transfer & ad ſummi regna beata poli.
Scribere plura vetat brevis hora: viceſima prima
Auguſti auguſtis prominet auſpiciis.
Vive diu: noſtræ ſed vivito PAULE camænæ:
Sic erit in laudes officioſa tuas.

Ioannes Mejerus Flensburgenſis F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 392 [46,-104 4°]